

tollens de pecoribus, & volucris mundis obulit holocaustum; quod sacrificium non legimus ab Adamo factum. Ecce cur Noë omnia animantia in cibum conceduntur. Qui enim animalia pauca Deo in sacrificium præstitit, multo aducto fecnore omnia in cibum recipit.

QVÆSTIO XV.

Quare in alio Conuiuio superfuerunt duodecim cophini; hic verò septem sportæ?

96. Chrysol. D. Thon. Burgens. Actor. 9.

Sporta maior cophino.

97. Ambros.

Matth. 14. Marc. 6. Luc. 9. Quo maior ad Eucharistiam dispositio, eò maior de illius fructu participatio.

98.

Lex Gratia tota intenta ad spiritualia.

Them.

1 Corinth. 2. Thom.

RESPONDETUR primò. Vt probabile existimant D. Chrysolomus homil. 54. D. Thomas, sportam vas esse maius cophino. Imò Lucas Burgensis arbitrat, vnam sportam esse capaciorẽ, duplum fortè, aut amplius continentem, quàm cophinum: Nam Actor. 9. n. 25. Paulus in sporta submissus dicitur; & tam Græcè, quàm Syriacè, latinè eadem vos legitur citato Actorum loco, ac hic. Ergo, cum sporta esset capax, vt vnum hominem reciperet, ex hac coniectura infertur, quid maius esse cophino, ac proinde plures fragmentorum reliquias superfuisse in hoc conuiuio, quàm in alio.

Secundò. Esto sporta, & cophinus sint æqualia vasa, Respondet D. Ambrosius in c. 9. Luc. lib. 6. Cur, ait, quinque millibus hominum plus redundat, quatuor millibus minus? Quia quatuor millia ista triduo cum Christo fuerunt, & idè ampliorẽ celestis pabuli alimoniam receperunt. In alio conuiuio adfuerunt homines cum Christo per vnum diem; vt sæpe dixi, & patet ex Matth. 14. num. 15. Marc. 6. num. 35. Luc. 9. num. 12. At in præsentem Domino assistebant. Et qui per tres integros dies, omnis terrestris cibi immemores Dominum sequuntur, ac cum ipso perseverant, ampliorẽ diuini pabuli alimoniam, ac gratiam participant. Quod vt denotaretur, hi, qui cum Christo triduum consumant, plus de cælesti pane recipiunt, & comedunt.

Tertidò. Fuerunt in primo miraculo duodecim cophini fragmentorum propter duodecim Apostolos, in quibus exprimebatur duodecim tribus. In hoc verò conuiuio septem sportæ propter septem panes, in quibus denotabantur septem dona Spiritus sancti, vt latè dixi quæst. 12. in qua etiam quæst. explicauit, quod in primo conuiuio de quinque panibus hordeaceis significata fuit Lex Vetus; in hoc verò de septem panibus Lex Gratia. In primo conuiuio, cum Lex Vetus esset materialis, ac carnalis, superfuerunt cophini in ordine ad homines: in præsentem conuiuio, vbi Lex Gratia significabatur, quæ tota ordinata est ad spiritualia, replentur septem sportæ de panibus, propter septem dona supernaturalia Spiritus sancti; vt sic nos, ad illa tantum esse intentos, instrueremur, de illisque tantum agendum. D. Thomas in Matth. In primo miraculo, ait, tot reliquias, quot Apostoli. Hic autem secundum numerum panum, in quo significatur, quod spirituales homines refici debent sepiiformi gratia Dei 1. Corinth. 2. n. 14. Animalis enim homo non percipit ea, quæ Dei sunt. Idem Angelicus Doctor ait, quod in primo miraculo fuerunt quinque millia, quia

vacabant quinque sensibus; hic autem quatuor millia propter quatuor virtutes Cardinales. Quartidò. In alio conuiuio quinque millibus, in hoc verò quatuor millibus cibaria dantur; & pauciora supersunt fragmenta, cum tamen plures essent panes; quanto enim pluribus dona dantur, tanto magis crescent, suppetunt, & habentur.

Quintidò. In primo miraculo ex quinque panibus quinque millia hominum comedit, duodecimque fragmentorum cophini supererant; in præsentem verò ex septem panibus quatuor millia vescuntur, & septem sportæ colliguntur: imò & in primo voluntas accipientis modum ponebat: Quantum volebat: in secundo verò arbitrium dantis. Cur in primo tanta maior affluentia, ac vberitas, quàm in secundo? In primo miraculo, Accipit ergo Iesus panes, & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus: similiter & ex piscibus, quantum volebant, Ioan. 6. num. 11. Facio vim in his verbis Ioannis, nam Euangelistæ habent modum scribendi ex mystica, & vera ratione, vt ait D. Paschasius lib. 6. in Matth. cap. 10. ad illa verba: Neque virgam. At in præsentem Discipuli ministrabant; Accipiens Iesus septem panes, gratias agens, fregit, & dabat Discipulis suis, vt apponerent, & apposuerunt turba. Et habebant pisciculos paucos, & ipsos benedixit, & insit apponi. Ecce tantæ maioris in vno, quàm in alio affluentia iam euidentis est ratio: Manus Iesus, qui est diues in omnibus, panem in primo largiebantur miraculo, Accipit Iesus panes, & distribuit discumbentibus; & in manibus Iesus maxime multiplicantur panes. At in altero ministrabant Discipuli, Et dabat Discipulis suis, vt apponerent & apposuerunt turba, Et si Discipuli fidelissimi ministri, integerrimæ puritatis, vt nihil rapinis darent, sed omne, quod accipiebant, apponerent; tamen vt aliquantulum homines intelligerent, quales esset ministrorum manus, etiam puræ, & rectæ conscientia; & quod ex ipsa ministrorum condicione dona marcescunt, ac minuuntur; inde ibi ex pluribus panibus pauciores comedunt, & minora supersunt; præcipue cum inter eos vnus adesset Iudas, honorum audissimus, nullus enim est tam sanctorum ministrorum cæsus, qui in societate secum Iudam vnum non habeat. In manibus autem Domini multo magis panes augentur. D. Basilus Seleucus Orat. 33. O quas tunc, ait, res videre fuit! Panes pariebant panes, & mensa alimento extemporario diffusa erant, panes absque rusticano sudore pariti, non de spicis erunpebant, sed de Domini manu efflorescebant, E manibus Iesu, qui diues est in omnibus, è panibus pullulant panes, & in tantum crescent, vt ex paucioribus plures vescantur, maioræque fragmenta colligantur. At vbi interuenit ministrorum negotium, qui etiam fortè ex triduo famè laborabant, vt quodammodo ministrorum conditio ab hominibus agnoscat, ac deprehendatur, in eorum manibus dona coarctantur, & in tam amplum augmentum non excrescunt.

Cum Parens meus Elias degit apud torrentem Carith, Corui deferebant ei panem, & carnes mæu; similiter panem, & carnes vesperi. 3. Reg. 17. num. 6. At cum iterum ipse esset sub Iunipero dormiens, Angelus Domini tetigit eum, dixitq; illi: surge, comede, grandis enim tibi restat via. Qui cum surrexisset, comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus. 3. Reg. 19. n. 7. Cur apud Carith ita famefcie Elias

99.

Ioan. 6.

Paschas.

Manibus Domini crescut res, ac ministrorum minuuntur.

Basil. Seleuc.

100.

3. Reg. 17.

3. Reg. 19.

Elias

in nauiculam, & venit in fines Magedan.

EXPOSITIO VI.



CRIBIT Euangelista numerum eorum, qui manducauerunt, quasi, seu vt habet Syriacus, Circiter: & sunt quatuor millia propter quatuor Euangelia, vel quatuor virtutes Cardinales, vt sæpe dixi; vide supra quæst. 12. vbi explicauit, quod in hoc conuiuio significatur Lex Gratia; in alio verò de quinque panibus Lex Vetus. Et idè in hoc conuiuio in minori sunt numero quatuor millia, sæper perfectiores pauciores existunt. Scribit D. Matthæus, extra paruulos, & mulieres, qui etiam comederunt, saturati sunt. Paruuli, & mulieres non numerantur, ait Eusebius Gallicanus homil. in Domin. 7. post Pentecosten, quia in Dei populo computari digni non sunt, qui vel paruulos in stultitia & fatuitate, vel mulieres in mollitie, & debilitate imitantur. Peracto autem miraculo homines non sunt conati, Christum regem acclamare, sicut in alia saturitate, quia Dominus ex sua eximia humilitate omnem ad hoc occasionem subtraxit, nam, vt inquit Theophylactus, & Abulensis in cap. 15. Matth. q. 111. postquam Dominus operatus est miraculum panum: statim in alium secessit locum, ne propter hoc caperent eum turba, & facerent regem.

Et statim ascendens nauim, Euthymius in c. 15. Matth. ait: non abiit pedestri itinere, ne sequentes glorificarent eum turba. In parte, seu in fines, vt habet D. Matthæus, Dalmanutha, siue Magedan, vt scribit Matthæus, vnus enim, & idem locus erat binominus, vt ait D. Augustinus lib. 2. de consen. Euangelist. cap. 51. & idè aliqui codices in Marco pro Dalmanutha legunt Megedan. Siue, vt alij contendunt, hæc erant duo loca seu duo oppida, & vicina; Christus in vtriusque fines venit.



CAPVT V.

Petri Confessio.

Matthæi 16. Venit autem Iesus in partes Casareæ Philippi, & interrogabat Discipulos suos dicens: Quem dicunt homines esse filium homines?

VERSIONES.

Syriacus. Quom autem venisset Iesus in regionem Casareæ Philippi, interrogauit Discipulos suos inquit: quid dicunt de me homines, me esse filium hominis? In oppida circunvicina Casareæ.

Varabian

August.

Sazio ministro crescut dena, famelico minuuntur.

101.

1. Reg. 9.

Villalpand.

Abulen.

In manu ministri minuuntur dona.

Elias, vt necesse sit, quod bis in die ei ministrarent panes, & carnes; at sub Iunipero vna breuis refectiuicula pro quadraginta diebus sufficit: Cur panis sub Iuniperotantam præbet alimoniam, qua panis Carith caret? D. August. lib. de mirabilibus Sacre Scripturæ. Panis iste, ait, scilicet datus ab Angelo, erat confectus manibus Angelorum, & ob hoc habebat virtutem reficiendi per multos dies semel sumptus. In Carith ministrabant corui, sub Iunipero Angeli: Corui ciborum audissimi, ac fame vexabantur; Angeli verò satiati, valde Dei donis diuites. Et cum ministri famefcunt, licet multa præbeant, ab eorum manibus penuriam, ac famem dona ebibunt; & ita extenuantur, vt nec multum satient, nec abundant. At vero si minister est satiatus, veluti ab eius manibus dona, quantumuis videantur parua, satietatem, ac quandam vim hauriunt, vt multum satisfaciant, & repleant.

Quærens Saul asinas patris sui, cum eas non inuenisset, dixit ei puer eius socius, vt tenderent ad Prophetam, qui propè aderat, vt super illud negotium aliquid eis indicaret, cui restitit Saul, se non habere aliquid, quod ferret ad virum Dei, Nam panis deficit in ciuicis nostris, hoc est in pera. Cui famulus: Rursam puer respondit Sauli, & ait, Ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti. 1. Reg. 9. num. 8. Quarta pars stateris, vt vult Villalpandus tom. 3. lib. 2. de ponderibus, & mensuris, disp. 2. cap. 9. vna drachma, hoc est vnum regale hispanicum, vel dimidium, vt alij volunt. Cis pater Saul habebat familiam valde amplam, vt vult Abulensis, & licet filius multa in pera non detulerit ob labore itinere; tamen pro viatico valde sufficientem pecuniã asportauit, quomodo ergo tam parum est inuentum? Perpende rem. Non dixit puer, inuenta est quarta pars stateris in meo marsupio, vel crumena, sed in manu mea. Vbi ex tantis tam paucum, ac exile erat inueniendum; nisi in manu vnus ministri, quæ multum propensa est, vt rem extenuet, atque hæc vt in ipsa marcescat.

Marci 8. n. 9. Erant autem, qui manducauerunt, quasi quatuor millia; & dimisit eos. Num. 10. Et statim ascendens nauim cum Discipulis suis venit in partes Dalmanutha.

VERSIONES.

Syriacus. Erant autem homines, qui comederunt circiter quatuor millia. Græcus. Erant comedentes quatuor mille viri. Arias. Quatuor millia.

ALTER TEXTVS.

Matth. 15. Erant autem, qui manducauerunt, quatuor millia hominum, extraparuulos, & mulieres. Num. 39. Et dimissa turba ascendit Sylueira in Euang. Tom. IV.

Vatablus, Arias Quem me dicunt homines esse filium hominis.

ALTER TEXTVS.

Marci 7. n. 27. Et egressus Iesus, & Discipuli eius in castella Caesareae Philippi: & in via inter rogabat Discipulos suos dicens eis: Quem me dicunt esse homines?

Lucæ 9. n. 18. Et factum est, cum solus esset orans, erant cum illo & Discipuli: & interrogavit illos dicens: Quæ me dicunt esse turbæ?

EXPOSITIO I.

1. Connatio textus. Vm esset Iesus in Magedan, vt dixi in fine superioris Capituli, accesserunt Pharisei, & Saducei, vt narrat D. Matthæus cap. 16. in principio, & tentantes eum, & signum de caelo postulantes. Quos Dominus reprehendit, illos appellans generationem malam, & adulteram, quibus non est dandum aliud signum, nisi signum Ionæ prophetae. Similem hinc historiam explicavi iam tom. 3. cap. 24. ideo hic ab illa supersecedo. Deinde Iesus transfretavit mare Galilææ, & tunc

2. Marc. Venit Iesus in partes, nempe in fines, ac loca circumuicina, vt habet Græcus, sicque D. Marcus scribit, in castella, id est oppida aliqua Caesarea Philippi, vrbis Caesareæ, sic dictæ in honorem Tiberij Caesaris, à Philippo tetrarcha maxime amplificata, de quo quæst. sequenti in principio. Interrogabat Discipulos suos, non ignorans, sed vt maxime solidarentur in fide. Quem dicunt homines esse filium hominis? non de primatibus Iudæorum, aduersariis, ac calumniatoribus quærit, quid sentirent; sed de simplici multitudine, quid diceret, vt ait Theophylactus, sicque D. Lucas scribit, Quem me dicunt turba.

3. Concordia Euangelistarum. Textus sacrorum Euangelistarum sic explicandus est. D. Lucas ait: factum est, cum solus esset orans, erant cum illo & Discipuli: quod Euthymius in Matth. sic enucleat, quod Dominus segregatus à Discipulis suis simul in via ambulabat, & orabat. D. Augustinus lib. 2. de consensu Euangelist. cap. 53. & Beda inquit, quod in via separatus à Discipulis suis orauerit; & tunc postea cum esset cum Discipulis suis, vt scribit ipse D. Lucas, eos interrogauerit, degens in via per castella Caesareæ, vt refert D. Marcus. Legendum est etiam, vt habet nostra Vulgata, Quem dicunt homines esse filium hominis? multa Græca exemplaria habent, Quem me dicunt homines esse filium hominis? Illud enim me, quod veluti subintelligitur, exprimit, vt sit sensus. Quem me dicunt esse, qui ex humilitate solo, me filium hominis nuncupare. Sicque D. Lucas scribit, Quem me esse turba. Minusque recta mihi cum Cornelio à lapide videtur lectio Syriaca, Quid dicunt de me homines? me esse filium hominis? Hæc enim lectio tantum intendit, vt Christus roget, & simul de se asserat, esse filium hominis. At in presenti Domini intentio est, vt sic se dicat filium hominis, vt vterius quærat, quid de ipso sentiant homines,

4. Interrogata & responsa duntur liberè, & sine timore. Altera extitit Caesarea, & recentior in Phœnicia, ad radicem Libani montis, vnde Iordanis fluuius erumpebat; olimque, cum esset occupata à tribu Dan, ab illius parente nomen sortita est, vt Dan diceretur. Iosue 17. num. 49. Iudic. 18. num. 29. A Gentilibus autem, quibus notior erat Pan Deus pastorum, quam Dan tribus Hebræa, Paneus dicta est. Hanc autem ciuitatem Philippus Herodis Ascalonitæ filius, Iudææ, & Thrachonitidis tetrarcha, maxime adauxit, metropolimque suæ tetrarchiæ constituit, parentemque suum imitatus ad captandam gratiam Tiberij Caesaris, Caesaream nuncupauit, & ad distinctionem alterius à suo amplificatore Caesarea Philippi est dicta. Hæc autem ciuitas ad septentrionalem partem erat in vltimis finibus, & terminis Iudææ; sicut Bersabee ex parte Australi, vnde pro terminis totius regni Israel frequenter dicitur in Scriptura. A Dan, usque Bersabee. 1. Reg. 3. num. 20. Hæc autem ciuitas postea ab Herode Agrippa, Neronis gratiam captante, dicta est Neronia, siue Neronias; nunc à Turcis obtenta Belima appellatur.

5. Interrogata & responsa duntur liberè, & sine timore. Ad quæstionem principalem: Cur in tali loco fit hæc interrogatio? Respondent primò D. Chrysostomus homil. 55. in Matth. & Theophylactus, qui ait: Non in illa, scilicet Caesarea Herodis, sed in hac, scilicet Philippi, illos interrogat, procul enim à Iudæis adducit Discipulos, vt nullum timentes libere, ac fidenter dicant. Euthymius. Procul à Iudæis abduktos, ait, Discipulos interrogauit, vt sine timore responderent, ac ad id quod interrogabant. Similiter Beda, D. Thomas, Carthusianus, & alij. Procul à Ierosolymis, ac à malignitate Iudæorum, qui maxime Dominum auersabantur; ac in eorum confinibus, vbi multi Gentiles versabantur, Christi Discipulos de sua persona interrogat, vt ipsi liberè, ac confidenter, quid sentiant, dicant, ac protestentur: maxime enim laborandum, vt interrogata, ac responsa liberè, ac sine timore proferantur, vt sic quilibet aperte, quid sentiat, astruat? O quam diuerso, ac maligno consilio Pharisæi, vt caperent Iesum in sermone, mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes: dic nobis, quid tibi videatur, licet censum dare Caesari? Matth. 22. num. 16. Herodiani, vt testantur ibi Origenes, D. Hieronymus, D. Paschasius lib. 10. illi erant, qui Caesaris tributum colligebant, sibi persuadentes, quod coram ipsis Herodianis Christus Dominus diserte non astrueret suam sententiam, ac libere solutionem tribu-

QUESTIO I.

Quare non in alio loco, sed cum Christus esset apud Caesaream cum suis Discipulis, sic eos quærit?

4. Duplex Caesarea. D V A s extitisse Caesareas, valde notum est apud omnes: vnam perantiquam, quæ antea Turris Stratonis nuncupabatur, ad littus maris Mediterranei inter Duram, & Ioppen sitam. Hanc autem Herodes Rex magnis ædificiis amplificauit, & ad Augusti Caesaris gratiam promerendam, Caesaream eam appellauit, vt refert Iosephus l. 1. de bello Iudaico cap. 16. & lib. 15. cap. 13. Hæc autem ob suam antiquitatem, ac nobilitatem simpliciter Caesarea dicta est, de eaque sæpe fit mentio in Actis Apostolorum.

5. Caesar. Phil. Altera extitit Caesarea, & recentior in Phœnicia, ad radicem Libani montis, vnde Iordanis fluuius erumpebat; olimque, cum esset occupata à tribu Dan, ab illius parente nomen sortita est, vt Dan diceretur. Iosue 17. num. 49. Iudic. 18. num. 29. A Gentilibus autem, quibus notior erat Pan Deus pastorum, quam Dan tribus Hebræa, Paneus dicta est. Hanc autem ciuitatem Philippus Herodis Ascalonitæ filius, Iudææ, & Thrachonitidis tetrarcha, maxime adauxit, metropolimque suæ tetrarchiæ constituit, parentemque suum imitatus ad captandam gratiam Tiberij Caesaris, Caesaream nuncupauit, & ad distinctionem alterius à suo amplificatore Caesarea Philippi est dicta. Hæc autem ciuitas ad septentrionalem partem erat in vltimis finibus, & terminis Iudææ; sicut Bersabee ex parte Australi, vnde pro terminis totius regni Israel frequenter dicitur in Scriptura. A Dan, usque Bersabee. 1. Reg. 3. num. 20. Hæc autem ciuitas postea ab Herode Agrippa, Neronis gratiam captante, dicta est Neronia, siue Neronias; nunc à Turcis obtenta Belima appellatur.

6. Chrysoft. Theophyl. Euthymius. Beda. Thomas. Carthuf. Interrogata & responsa duntur liberè, & sine timore. Ad quæstionem principalem: Cur in tali loco fit hæc interrogatio? Respondent primò D. Chrysostomus homil. 55. in Matth. & Theophylactus, qui ait: Non in illa, scilicet Caesarea Herodis, sed in hac, scilicet Philippi, illos interrogat, procul enim à Iudæis adducit Discipulos, vt nullum timentes libere, ac fidenter dicant. Euthymius. Procul à Iudæis abduktos, ait, Discipulos interrogauit, vt sine timore responderent, ac ad id quod interrogabant. Similiter Beda, D. Thomas, Carthusianus, & alij. Procul à Ierosolymis, ac à malignitate Iudæorum, qui maxime Dominum auersabantur; ac in eorum confinibus, vbi multi Gentiles versabantur, Christi Discipulos de sua persona interrogat, vt ipsi liberè, ac confidenter, quid sentiant, dicant, ac protestentur: maxime enim laborandum, vt interrogata, ac responsa liberè, ac sine timore proferantur, vt sic quilibet aperte, quid sentiat, astruat? O quam diuerso, ac maligno consilio Pharisæi, vt caperent Iesum in sermone, mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes: dic nobis, quid tibi videatur, licet censum dare Caesari? Matth. 22. num. 16. Herodiani, vt testantur ibi Origenes, D. Hieronymus, D. Paschasius lib. 10. illi erant, qui Caesaris tributum colligebant, sibi persuadentes, quod coram ipsis Herodianis Christus Dominus diserte non astrueret suam sententiam, ac libere solutionem tribu-

7. Abulens. Salmeir. 8. Christus Iudæos, ac Gentiles docet. 9. Euseb. Cæs. 10. Ioseph. 11. Gen. 49. Index temporali omnia deuorat, & deglutit. 12. Gen. 49. 13. S. Nilus. 14. Aulici ex lra era cuncta faciunt.

ti denegaret; sed Domini sapientia eorum iniquitas dissipata est, vt suo loco dicam.

7. Abulens. Salmeir. Contra hanc Patrum sententiam stant Abulensis quæst. 36. in cap. 16. Matth. & Salmeiron tom. 4. lib. 4. tract. 1. Quia hæc confessio facta est inter Christum, ac eius Discipulos veluti in secreto, & coram non Iudæis; & ita vbiq; fieri poterat sine periculo; ac proinde ad hoc non necessè fuit, abdacere Discipulos ad fines Iudææ. At hoc non eneruat Patrum sententiam, nam magnorum præsentia, etiam in his, quæ secreto fiunt, sæpe multum timorem incurrunt. Deinde etiam quæ secreto dicuntur, si Principum voluntati aduersantur, maxime timendum, quod ad eorum volitent aures, ab ipsisque omnia capiantur, ac principiantur vt sæpe fit, & ideo ad hunc timorem remonendum, ad hanc interrogationem faciendam cum suis Discipulis venit Iesus ad Iudææ fines. Vide quæ dixi. Vide supra c. 3. quæst. 11. num. 91. 92. & 93.

8. Secundò ad quæstionem. Cum hæc Caesarea Philippi esset in confinibus, ac terminis Iudææ, multi vicini Gentiles, præcipue Phœnices ad illam confluabant, vt in limitibus regionum solet fieri; ideo ad hanc confessionem exhibendam Christus cum suis Discipulis se contulit, vt Gentiles pariter, ac Iudæos doceret, omnibusque veræ confessionis formam præberet. Tertio. Hæc Caesarea Philippi, olim Dan nuncupata, sedes, ac domicilium idololatricæ extiterat, vt patet Iudic. 18. num. 29. & 30. Christus ergo, qui omnes suo aduentu voluit condecorare, ab hac labe eam disposuit purificare; imò & Dei culticem, ac Christianorum Gentium exordiū ac matricem efficere. De quo possumus dicere id, quod D. Leo de Roma in solemnitare S. Petri serm. 1. celebrat. Quæ eras magistra erroris; facta es discipula veritatis.

9. Euseb. Cæs. Quarto. Huius vrbis Caesareæ; vt testatur Eusebius Caesariensis lib. 5. cap. 20. extitit cuius Hæmorrhoidis, quæ à sanguinis fluxu liberata est, cuius magna fides maxime enituit, de illaque dat Christus ingens testimonium: Fides tua te saluum fecit, vade in pace. Matth. 9. num. 22. Marc. 5. num. 34. Hæc ergo præclara mulieris fides suæ ciuitati promeruit, vt nobilissima Petri confusione, qua Christum verum filium Dei confessus est, condecoraretur, ac sublimaretur: semper enim meritum boni cuius multum splendoris, ac honoris suæ patriæ contulit, ac comparauit.

10. Ioseph. Quintò. In hac ciuitate pro illius magnitudine amplificanda, vt testatur Iosephus, constitutum fuit à Philippo, vt tributa colligerentur, quæ Caesari persoluebantur. Hanc ergo urbem elegit Dominus, vt in ea Petro potestas aperirendi cælos conferatur, vt omnibus nota, ac manifesta sit differentia, quæ inter terrenos, ac cælestes ministrros interiacet; nam terreni constituuntur, vt à populo accipiant, & auferant: at vero cælestes, vt absque aliquo lucri, ac emolumenti intuitu spiritalia dona vitæ, & salutis communicent, & conferant.

11. Gen. 49. Benedicens Iacob filium suum Dan, ait illi: Dan indicabit populum suum, fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas æque, vt cadat ascensus eius retro, Salutare tuum expectabo Domine. Gen. 49. num. 17. Quid est, quod Dan dicatur iudex, ac coluber in via, & statim Patriarcha declinet verbis ad salutem Dei, scilicet Christum Dominum expectandum? Quid sibi vult hæc connexio, ac series verborum? Quid ha-

bet iudex cum colubre in via? Coluber in via vult absumere, ac deuorare: sic & qui iudicis munus obtinet, cuncta affectat comedere, & deglutire, veluti famelicus helluo, & tanquam cerastes in semita omnibus terendit infidias, vt mordeat, & comedat. Procopius. Dan gubernabit, erit vt serpens viam obsidens, & morsus insidens ungula equina, id est graues, & laboriosos dans morsus: Tamen vt ab his malis liberemur, ait Patriarcha, Expectabo Salutare tuum, Domine; à quo erit salus, & vita absque vlla molestia, aut vexatione in nos diffusa.

12. Gen. 49. Idem Iacob filium Ioseph benedicens, ait illi: Inde pastor egressus est lapis Israel, Deus patris tui erit adiutor tuus. Gen. 49. num. 24. Ioseph è carcere eductus totam Ægyptum similiter ac familiam patris sui per septennium cibauit, ac alimentauit, vt aduertunt Commentatores Lyranus, Carthusianus, Abulensis, Cornelius, & alij. Cur ergo Iacob filium tantum pastorem Israel decantat, vt exponit Caietanus, Ex diuina operatione constitutus est Ioseph lapis Israel pascendo. Ex diuina etiam operatione extitit totius Ægypti prouisor. Cur ergo hoc munus in illo prætermittitur, & solum illud Israelis prædicatur: Inde pastor egressus lapis Israel? Perpende rem. Ioseph magna differentia præbuit alimenta Ægypto, ac Israeli: Ægypto sic ministravit, vt omnia illius bona expoliaret, cunctaque sub regis potestate redigeret; at verò Israeli sic præbuit, vt illius bona non minueret, nec aliquid ab eo acciperet. Cum ergo pastor ex diuina operatione constitutus decantatur, non Ægypti, sed Israelis lapis prædicatur; nam in Ægypto habuit se veluti terrenum ministrum, sic enim illi alimenta præbebat, vt simul & illius acciperet bona; & Israeli veluti cælestis pastor sic panem exhibebat, vt minimè ab eo aliquid exigeret, vel reciperet.

13. Cum Naaman maxime lepra premeretur, veniens in terram Israel multa talenta auri, & argenti, ac pretiosas vestes secum tulit, vt illa Elisæo offerens, ab eo sanitatem impetraret. Quod cum præcognouisset Elisæus, misit ad eum per seruum dicens: Vade, & lauare septies in Iordane. 4. Reg. 5. num. 10. Quomodo Naaman, cum valde magnam sanctitatis Elisæi notitiam habuisset, & quod ipse rerum contemptor esset eximius, ad illum fert munera? Et quomodo Elisæus sic erga vitum se habet, vt nec eum ad suam præsentiam admittat? S. Nilus in Ascetico Venit quidem, ait, ad Elisæum dux Naaman Syrus, multaque munera secum attulit. Quid igitur? Propheta num illi processit obuiam? Itaque illi occurrit? An per puerum causam, per quam venerat, aperuit; nec ad præsentiam suam illum admisit, ne muneribus, quæ attulerat, eum curasse videretur. Naaman pro obtinenda sanitate fert munera, quæ omnia etiam quoad præsentiam suam contemnit Elisæus. Naaman, vt pote regius, ac temporalis minister, nil concedere, ac donare solebat, nisi prius munera acciperet; ex suoque solito more de Propheta coniecturauit Naaman. At Elisæus, tanquam diuinus minister, non solum ipsa aurea dona contemnit, sed etiam omnem illorum non admittit intuitum, vt absque villo humano respectu eximium salutis donum ab ipso largiti, omnibus perspicuum fiat. Nec ad præsentiam quidem suam illum admisit, ne muneribus, quæ attulerat, eum curasse videretur. Vel. Noluit Elisæus illa videre, vt cunctis daret præclarum documentum, quod integer minister diuitiarum intuitum fugiat; nam earum aspectus ali-

14. Dinitiarum intuitus sæpe subornat. G 2 quando